



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad
Annum 1749

Luxemburgi, 1753

Index Rerum, Et Verborum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74761)

INDEX RERUM, ET VERBORUM.

Numerus Romanus denotat Constitutionem : Arabicus autem indicat paginam.

A

ABBATIBUS in Ecclesiis sui juris licet populo solemniter benedicere, si Apostolico Privilegio id ipsis concessum fuerit. *Constit.* XLVIII. pag. 226. Neque id tamen, nisi post Missam solemnem, aut vespertina Officia. *ibid.*

Ceterum non possunt alibi, & maxime per vias, benedictionem impertiri, nisi id etiam expresse in Privilegio contineatur. *ibid.*

Et quod in Missis privatis trinam benedictionem impertiri nequeant, ex Decreto Alexandri VII. V. *ibid.* pag. 227.

Abbatibus, & alii Pontificalibus utentes, si exempti sint, in Conciliis Provincialibus, & Dioecesanis uti possunt Mitris aurifrisiatis. XL. pag. 197.

Si autem exempti non sint, licet Pontificalium usum habeant, puris tantummodo Mitris, albis, & planis uti debent. *ibid.*

Abbatis eligendi facultas non probat necessariò exemptionem Monasterii ab ordinaria Episcopi jurisdictione. XL. pag. 193.

ABBATIA CRYPTÆ FERRATÆ. Vid. *Crypta Ferrata.*

ABBATIA FARFENSIS. Vid. *Farfensis.*

A. C. Vid. *Auditor Generalis Camere Apostolicæ.*

ACCORAMBONI. Joseph Cardinalis Episcopus Tusculanus causam proponit pro Ecclesiæ suæ jurisdictione adversus Abbatem Cryptæ Ferratæ. XXXIII. pag. 157.

ADVOCATI CONSISTORIALES privativum jus habent petendi Pallia pro Archiepiscopis &c. LX. pag. 275.

Ideo, quum Pontifex ea solemniter benedicit, eadem associare jubentur. *ibid.*

ADVOCATI olim ab Ecclesiis, & Monasteriis electi, ut eorum jura in Foro defenderent, causarum cognitiones assumere, & jurisdictionem sibi arrogare cœperunt. XL. pag. 194.

Ipsis vetitum erat in disciplina Ecclesiastica negotiis se immiscere. *ibid.* pag. 194.

Sed quum tandem Ecclesiis, & Monasteriis nimia præjudicia irrogarent, Sæculo XIV. penitus aboliti fuerunt. *ibid.* pag. 193.

Advocatum eligendi, & dimittendi facultas non probat exemptionem Monasterii ab Episcopi Dioecesanæ jurisdictione. XL. pag. 194.

ADVOCATUS PAUPERUM. Vid. *Pauperum Advocatus.*

AER INSALUBRIS. V. *Residentia.*

ÆTAS. V. *Rationis usus.*

ÆTAS legitima ad contrahendum Matrimonium in fœminis est XII. annorum. LI. pag. 232.

Dispensatio super ætate cum iis, qui copulæ nondum idonei sunt, sed tamen rationis usum habent, a Sede Apostolica privative concedi potest. *ibid.*

Quando autem malitia suppleat ætatem, ex Legum & Canonum dispositione licitum est Matrimonium contrahere. *ibid.*

Super hoc autem, an malitia suppleat ætatem, tam a Judice Ordinario, quam ab Apostolica Sede pronunciaripotest, & consequenter facultas ad contrahendum concedi. *ibid.*

Tamen pro majori actus solemnitate, & ne de validitate contractus Matrimonii propter minorem ætatem hæsitari contingat, Apostolica Dispensationis Literæ impetrari solent. *ibid.*

Formula hujusmodi Literarum. *ibid.* pag. 232. in fin. V. *Matrimonium.*

Ætas ad Professionem emittendam alia præscripta est a Concilio Tridentino, alia a peculiaribus Ordinum Constitutionibus. XLVII. pag. 223.

S. AGATHA. Vid. *Doctrina Christiana.*

AGRORUM cultoribus facile indulgeri consuevit, ut diebus Festis, auditâ Missâ, laboriosis operibus incumbant. LXIII. pag. 284.

DE AGREDA, Ven. Maria a Jesu. Illius Beatificationis Causa quo in statu sit, referatur. XLVI. p. 214.

Ejus Liber, cui Titulus *Mystica Civitas Dei*, post decretum a Congregatione S. Officii editum anno 1681. peculiari Congregationi examinandas remittitur ab Innocentio XI. *ibid.*

Sed a Clemente XII. illius examen iterum eidem Congregationi S. Officii demandatur. *ibid.* p. 215.

Pontifex, in Causa Beatificationis ipsius Servæ Dei ad ulteriora processurus, hujusmodi examen committit Congregationi particulari Sacrorum Rituum coram S. S. habenda. *ibid.*

Idque agit, inhærendo Decrētis Urbani VIII. circa revisionem Operum Servorum Dei; & praxi Congregationis Sacrorum Rituum. *ibid.* p. 215.

Nomina Cardinalium ex eadem Congregatione selectorum ad hunc effectum, nec non Consultorum ipsi adiutorum. *ibid.* pag. 215.

Liber prædictus post mortem Servæ Dei editus a Typographis fuit; neque probari potest, illum ab eadem revera conscriptum fuisse, nisi Authographum exhibeatur. *ibid.* pag. 216.

Hujus probationis rigor declinari nequit ex eo, quod Postulatores fateantur, illum Servæ Dei opus esse; quum id ipsum Apostolicæ Sedi constare debeat. *ibid.* pag. 216.

Exemplum in Causa S. Jacobi de Marchia. *ibid.*

Episcopus Tirafonensis Processum auctoritate ordinaria conficiens super fama &c., ejus Libri Authographum recognovisse testatus est. *ibid.* pag. 217.

Idipsum dixerunt tres alii Testes, asserentes se habere notam manum Ven. Mariæ a Jesu. *ibid.*

Hujusmodi probatio, nisi legitimis fulciatur adminiculis, satis plena censeri nequit. *ibid.* p. 217.

Sed oportet, præter Authographi characterem per Peritos comparari cum aliis indubiis Chirographis Ancillæ Dei; & tam in Hispania, quam in Urbe. *ibid.*

Item illius Libri stilum comparari cum aliis ejusdem Operibus & Scriptis. *ibid.* pag. 218.

Eoque magis, quod non defuerunt, qui dubitaverint, materiam Libri aliunde suppeditatam ipsi fuisse. *ibidem.*

Præterea, quum asseratur, idem Opus ab Ancilla Dei bis fuisse conscriptum, & quidem mirabiliter eodem exemplo; prioris autem combusti copia extare præsumatur; de hoc etiam, per utriusque comparationem, videndum est. *ibid.* pag. 218.

His præmissis, tunc denique judicium fiet de contentis in ipso Opere ad formam Decretorum Generalium Urbani VIII. pag. 219.

Liber ille a P. Croiset Ord. Minor. ex Hispanico in Gallicum sermonem conversus fuit; sed de versionis fide dubitatur. *ibid.* pag. 219.

Censuræ ejusdem Libri factæ ab Academicis Salmanticensi, Complutensi, Lovaniensi, & Tholosana, a facultate Sorbonica, & ab Eusebio Amort, item Apologia Cardinalis de Aguirre, & Didaci Gonzalez Matheo, expendendæ. *ibid.* pag. 219.

- Interim Pontifex indulget, ut in Beatificationis causa procedatur ad examen aliorum Operum Servæ Dei, ad Constructionem Processuum Apostolicorum super fama, & super virtut. & mirac. in specie, & ad Processuum approbationem; dummodo non proponatur dubium de virtutibus in specie, nisi Liber, confitito quod sit Opus Ancillæ Dei, approbatus fuerit, unâ cum aliis ejusdem Scriptis. *ibid.* pag. 218. & seq.
- DE AGUIRRE Cardinalis laudatur. XLVI p. 219. & seq.
- ALIENATIO. Vid. *Bona Camera Apostolica.*
- ALMEYDA Cardinalis Patriarcha Lisbonensis laudatur, VIII. pag. 30.
- ALTARE. Super Altari, in quo Missæ celebrantur, juxta Rubricæ, & Pontificalis præscriptum, Crux collocari debet. XVII. pag. 77. 18 & seq.
- Amplia, etiam si in ipso Altari aservetur Sanctissima Eucharistia in Tabernaculo. *ibid.* p. 78.
- At si expositum sit in ipso Altari Sanctissimum Sacramentum, fervetur consuetudo loci. *ibid.* pag. 78.
- Si vero in Tabula Altaris Crucifixi imago depicta, aut calata sit, eaque potiore locum in ipsa Tabula obtineat, omitti potest Crux inter candelabra. *ibid.* pag. 78.
- Ad Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum aservatur, an Missam celebrari deceat. *ibid.* pag. 78.
- AMORT Eusebius, Auctor libri de Revelationibus & Visionibus. XLVI. pag. 219.
- ANCONA etiam Ancon ab antiquis vocata. XXXV. p. 171. Unde rudioribus sæculis Anconitani etiam Anconenses appellati sunt. *ibidem.*
- Anconitana Ecclesia a Martino V., ad preces Astorgii Agnesii Episcopi, unita fuit Ecclesia Humanatenensis anno 1422. *ibid.* pag. 168. & seq.
- Unionis Bulla a Dominico Georgio primum edita refertur. *ibid.*
- In ea injunctum est, ut Episcopus Anconitanus, simul & Humanatenensis appelletur. *ibid.* pag. 296.
- Quod ita servatum fuisse, docent plura testimonia & exempla. *ibid.* p. 169. & seq.
- Recentioribus autem temporibus Episcopi Anconæ, Comites Humanæ appellari consueverunt. *ibid.* p. 166.
- At Pontifex Episcopus Humanæ simul & Anconæ appellandos esse statuit. *ibid.* pag. 169.
- Non obstante extinctione Capituli Cathedralis Humanæ, cum ab ea non pendeat essentia Episcopatus. *ibid.* pag. 169. & seq.
- Anconæ Episcopis adnumerandus est Stephanus quidam Anconensis nuncupatus in subscriptione Bullæ Joannis XIX. dicti XX., ab Ughellio, aliisque prætermisus, sed a Pontifice observatus. *ibid.* pag. 171. & seq.
- ANIMARUM CURA. Vid. *Cura.*
- ANIMALIUM extractio de una in aliam Provinciam, Legationem, aut Civitatem Status Ecclesiastici permittitur omnibus etiam non subditis in perpetuum. LIII. pag. 234. & seq.
- Extra Statum vero, arbitrio Legatorum, Præsidentum, & Governorum Provinciarum. *ibid.* p. 236. 237.
- ANNONA. Vid. *Introductio.*
- ANNONÆ Præfectus de pecuniis Cameræ Apostolicæ a se administratis quotannis rationem reddere tenetur. VI. pag. 234.
- APOSTATA nullatenus admittuntur ad allegandam quamcumque causam super nullitate Professionis Regularis, sed ad Monasterium redire coguntur. XLVII. pag. 211.
- Apostate declarantur illi, qui post unicam sententiam latam pro nullitate Professionis, etiam appellatione non interposita, habitum abjecerint. XLVII. pag. 222.
- Item ii, qui post sibi indultam restitutionem in integrum, e Religionis Claustris migrare præsumant. XLVII. pag. 223.
- APPALTATORES Camerales quid præstare debeant in fine Anni. VI. pag. 25.
- APPELLATIO a judicio Episcopi super Parochiali beneficiæ collationis, admittitur in devolutivo tantum. VI. pag. 15.
- Appellatio a judicio Episcopi instituentis, si id contra me sit judicio Patroni præsentantis, non admittitur nisi in devolutivo. pag. 16.
- Si vero Episcopus postponendum censuerit eum, cum Patronus Ecclesiasticus tanquam digniorem prælegat, hujus appellatio admittitur etiam in suspensione. *ibid.* pag. 16.
- Appellatio ab irrationabili judicio Episcopi Tridentinæ Synodo ignota, introducta est vigore Bullæ S. Pii V. incipien. *In conferendis. ibid.*
- Appellatio ab irrationabili judicio Episcopi propriis rigitur regulis, quæ non applicantur appellationibus mala relatione Examinatorum. pag. 16.
- Appellatio a sententia pro nullitate Professionis Regularis prolata, a Defensoris Professionum est interponenda, & prosequenda. XLVII. pag. 222.
- Appellatio ab unica sententia lata pro nullitate Professionis, semper suspendit executionem. XLVII. pag. 222.
- Et licet non interposita fuerit, res non dicitur iudicata, nec Professus exire potest e Claustris. *ibid.*
- APPODII Jus inter ædificia Centumcellarum itarum. XXXIX. pag. 190.
- IN ARAGONIÆ Regno quilibet Sacerdos secularis de omnium Defunctorum celebrare poterat duas Missas Regularis vero tres. LXI. pag. 276.
- Pontifex indulget, ut tam sæculares, quam Regularis in posterum ea die ter Missam celebrare possint. *ibid.* pag. 277. Vid. *Defunctorum.*
- ARCHIDIACONI Officium olim in Ecclesia gravissimum nunc minus necessarium. XXI. pag. 104.
- ARCHIEPISCOPUS in tota Provincia Benedictionem super Populum impertiri potest. XLVIII. pag. 226. Vid. *Benedictio.*
- Archiepiscopi, Bononiensis, Ferrariensis, Ravennatensis, Urbinatensis una cum Cardinale Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, executores deputantur pro libertate mutui Commertii inter subditos Ditionis Ecclesiasticæ. LIII. pag. 238.
- IN ARCHIGYMNASIO Urbis duæ a Pontifice eriguntur Cathedræ, una Mathematicæ, altera Chimicæ, prævio concursu conferendæ. LXII. pag. 281.
- ARCHIPRESBYTER solus, absente Episcopo, Benedictionem olim super Populum impertiri poterat. XLVIII. pag. 226.
- Archipresbyteri Basilicarum Patriarchalium Urbis sunt S. R. E. Cardinales; nec tamen dignitas Cardinalatus inferior judicatur dignitate Archipresbyterii. XXXVI. pag. 176.
- Idem nulla jurisdictione in judicialibus potiuntur, post reformationem Tribunalium ab Innocentio XII. editam, sed solum paternam, & æconomicam auctoritatem habent in iis, quæ pertinent ad servitium Ecclesiæ, disciplinam, & mores, pag. 177.
- Inter eos solus Archipresbyter Basilicæ Varicanæ Dispensationales literas subditis suis dat ad Ordines suscipiendos, iidemque Confirmationis Sacramentum confert. *ibidem.*
- ARCHIVII Scriptorum Collegium a Julio II. erectum fuit cum privato jure scribendi in Causis Commissariis coram Prælati Romanæ Curie. XXI. p. 89.
- Quod a Pio V. extensum fuit ad causas commissas S. R. E. Cardinalibus. *ibidem.*
- Facultatem habet deputandi unum seu plures Notarios, quibus prædicti uti debent. *ibid.* Vid. *Notarii Archivii.*
- Inter Collegium Archivii Scriptorum, & Notarios Rotæ, orta lis super pertinentia Causarum, & jure scribendi in illis. XXI. p. 89.

Definitur a Pontifice, facta distinctione causarum inter Rotales, & Prælatias. XXI. pag. 98.

ARGENVILLIERS Clemens Auditor Sanctissimi laudatur. XXXIII. pag. 157.

ARMENI, & Maronitæ Azymo utuntur in conficiendo Eucharistiæ Sacramentum. XXXIII. pag. 159.

ARMORUM Commissarius rationes peculiare non reddit de sumptibus factis ex pecuniis Camera Apostolicæ. VI. pag. 24.

ARX Ecclesiæ Lauretanæ. Vid. *Lauretana &c.*

ASCULANI Episcopi jurisdictioni subdantur plures Ecclesiæ intra ipsius Diocesis fines existentes, quæ alias a Farfen. Abbatia dependebant. XXXII. pag. 155.

ASSISIENSIS Episcopi jurisdictioni variæ subdantur Ecclesiæ, & loca ex Farfensis Abbatis jurisdictione dismembrata. XXXII. pag. 153.

AUDITOR GENERALIS CAMERÆ APOSTOLICÆ Commissiones pro causis criminalibus expedire potest expensis Accusatoris, sive Adherentis Fisco, facto nimirum ab hoc congruo deposito pro viaticis, cibariis &c. & data Fideiussione pro reliquo. XLIV. pag. 207.

Deficiente autem Accusatore, seu adhaerente, commissiones expedire nequit, sed demandare debet inquisitiones Ordinariis Ecclesiasticis locorum, seu aliis ibi existentibus in Dignitate Ecclesiastica constitutis. *ibid.* pag. 208.

Quod si expedire judicetur, commissiones ex Officio ab urbe mittere, vel eas injungere Judicibus extra locum delicti existentibus, reportare tenentur Commissionem specialem manu Papæ signatam, & ab Auditore Sanctissimi subscriptam, sub pœna solvendi expensas de proprio. *ibid.*

AUDITOR PAPÆ, tanquam Secretarius Congregationis Oeconomicae, examinare, & approbare debet causas mittendi commissiones criminales ex Officio a Tribunalibus Cardinalis Vicarii Urbis, & A. C. XLIV. pag. 208.

Auditor Papæ executioni Legum a Pontifice statutarum pro Tribunali vicarum peculiariter invigilare jubetur. LXVII. pag. 302.

AVUS paternus in potestate habet nepotes, eoque ad Baptismum efferre potest, etiam dissentientibus eorum Genitoribus. XXVIII. §. 17. pag. 115. & seq.

AZVEDO, Emanuel Societatis Jesu Presbyter Sac. Rit. Consultor creatur. XLIX. pag. 228.

AZYMI disciplinam in Missa, in Ecclesia Occidentali ab Apostolorum tempore invecitæ, & deinceps inviolatè servatam, a multis Scriptoribus contenditur. XXXIII. pag. 159.

Azymi, & Fermentati promiscuum usum in Ecclesia Latina post decimum Ecclesiæ sæculum nunquam obtinuisse apud omnes est in confesso. *ibid.* pag. 159.

In Azymo Mysteria conficiunt in Orientali Ecclesia Maronitæ, & Armeni. *ibid.* pag. 159.

Item nonnulli Græci Italiae, inter quos Monachi Cryptæ Ferratæ. *ibid.*

B.

BACCHANALIMUM honesta remissio toleratur. XLV. pag. 210. & 212.

Abusus tamen in eorum frequentatione invecitæ ab Ecclesia reprobantur. *ibid.* pag. 212. & 213.

Isque opponuntur specialia pietatis exercitia, quæ a Septuagesima ad Quadragesimam statuta sunt. *ibid.* pag. 213.

Quibus etiam plura per zelantes Episcopos addita fuerunt, & addenda sunt. *ibid.*

Exempla SS. Caroli Borromæi, & Philippi Neri, Vid. pag. 213. & 214.

Pontifex concedit Indulgentiam Plenariam per omnes Ecclesiasticæ Ditionis Dioceses acquirendam ab iis, qui Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumperint, & expositum visitarint, tempore Bacchanalium. *ibid.* pag. 214.

Peculiares quidam abusus per id tempus invecitæ, damnantur, & in tota Ecclesiastica Ditione prohibentur. *ibid.* per tot.

Præcipue vetatur, ne personati homines incedant diebus Festis de præcepto, & Feriis sextis; juxta Disciplinam in Urbe Roma vigentem. *ibid.* pag. 212.

Item ne choreæ ultima nocte ante Feriam IV. Cinerum, ultra mediam noctem producantur. *ibidem* pag. 211.

Ne quis habitu bacchanalitio indutus mane ipsius Feriæ IV. incedat, multoque minus Ecclesiam ingrediat. *ibidem.*

Ne Circulatores, & Scurræ Festis diebus in plateis, & publicis viis spectacula edant. *ibid.* pag. 211.

Et potissimum matutinis horis, ac tempore Officiorum Vespertinorum, & Doctrinæ Christianæ. *ibidem* pag. 212.

BAPTISMUM infidelium Filiis sine consensu parentum conferre, est contra justitiam, & contra Ecclesiæ consuetudinem. XXVIII. §. 4. pag. 110. 111. & seqq.

Limita, si in extremo mortis discrimine reperiantur. *ibid.* §. 8. pag. 112. & seq.

Item si a parentibus projecti, & desituri inveniantur, *ibid.* §. 9. pag. 113.

Vide *Judeorum infantes.*

Alterutro tamen parente consentiente, quantumvis patriæ potestatis jura Matri non competant, baptizari possunt. *ibid.* §. 15. & 16. pag. 115.

Item si Avus Nepotes ad Baptismum offerat, eorum Patre, & Matre invitis. *ibidem* §. 17. pag. 115. & 116.

Baptismus conferri non debet infidelium filiis, quos Christiana educatione fraudandos fore, & infidelitatem parentum sequuturos esse dignoscatur. *ibid.* §. 23. pag. 118.

Baptismus conferri non debet infidelium filiis, qui a parentibus offeruntur, non ut originalis culpa ex eorum Anima deleatur, sed ut a malignis spiritibus, vel morbo aliquo liberentur. *ibidem* §. 19. pag. 117.

Quod intellige, ubi infans in parentum infidelium potestatem rediturus, in eorum infidelitate educandus fore dignoscatur. *ibid.* §. 24. pag. 119.

Sed si perversionis periculum absit, tunc habita potius ratione intentionis Ecclesiæ, ejusque Ministri, quam voluntatis parentum infidelium, ex sententia Sancti Augustini baptizandus est. *ibid.*

Baptismus infantibus collatus sine consensu parentum, quamvis illicitus, validus tamen censendus est. *ibid.* §. 26. pag. 119. ubi præclara assertur auctoritas S. Augustini. Et §. seq. referuntur resolutiones Congregationis S. Officii. pag. 120.

Baptizans illicite, & absque consensu Parentum Infidelium Filios, puniendus est. *ibid.* §. 31. pag. 121. & seq.

Baptismus Adulto conferri non debet, nisi antea instructus fuerit in Mysteriis Fidei, quæ sunt necessaria necessitate mediæ. *ibid.* §. 41. pag. 218.

Baptismus sine baptizati adulti voluntate collatus, est invalidus. *ibid.* §. 43. p. 126. & seq. Ideoque in Adultis voluntas est investiganda. *ibidem* §. 44. pag. 128.

Baptismum si quis neutra voluntate succiperit, id est neque volens, neque nolens, non erit valide baptizatus. *ibid.* §. 47. & 48. pag. 129.

Quid si Baptismus violenter, atque animo palam contrario suscipiatur. *ibid.*

Baptismus

- Baptismus valide in febris ardore, infania, fomno, vel furore, confertur iis, qui ante præmissa illum postularunt. XXVIII. §. 46. pag. 129.
- Baptizatus si post Baptismum neget sufficientem habuisse voluntatem, quid servandum. *ibidem*. §. 50. p. 130. & seqq.
- Baptismus ab Adulto susceptus animo accipiendi lavacrum, tamquam Ecclesiæ Christianæ proprium, erit validus. *ibid.* §. 45. p. 129.
- De Baptismi collati validitate quoties sive in jure, sive in facto dubitetur, Adultus sub conditione iterum baptizari debet. *ibid.* §. 51. & 52. p. 131.
- Baptismus sub conditione conferri debet Adulto, qui de sua intentione in recipiendo primitus eodem Sacramento certum quid affirmare nequit. *ibid.* §. 51. pag. 131.
- Baptismus a Laicis, aut feminis administrari nequit, nisi in necessitatis casu. *ibid.* §. 31. p. 121. 122. Idem de Nutricibus in specie. *ibid.*
- Baptismus a Bigamo administrari non debet, etiam in necessitatis casu, si alius adfit magis idoneus. *ibidem*.
- Baptismum quomodo infanti collatum fuisse probetur. *ibid.* §. 31. pag. 121. & seqq.
- Baptismi collatio unius testimonio comprobatur. *ibid.* Sed illius testimonio non deferendum, nisi cum probata fidei esse constet. *ibid.* p. 122. Itaque non creditur Chartulæ Anonymæ, cum qua infantes aliquando projecti reperiuntur. *ibid.*
- BARBADICUS, Ven. Gregorius Cardinalis Episcopus Patavinus in concedendis Confessariis extraordinariis pro Monialibus nunquam nimis rigidum se præbuit. LVI. p. 264.
- BARONCELLO Urbis assignantur mille scuta Anna pro onere, quod ipsi imponitur, translationis damnatorum ad triremes a Civitate Castellana Romanæ, & ab Urbe ad Centumcellas. XLIV. p. 208.
- BARONIUS Cardinalis Martyrologii Romani editioni sub Gregorio XIII. præfuit. LIV. pag. 245. & seqq.
- Ejus sententia B. Siricii Pontificis sanctitati parum æqua, refellitur. *ibid.* p. 253. & seqq.
- SS. BARTHOLOMÆUS, & Nilus, Natione, & Ritu Græci Monasterii Cryptæ Ferratæ Fundatores. XXXIII. p. 159.
- BASILICÆ Patriarchales Urbis. Earum Capitulis, & Cleris concessum, ut omnia SS. Pontificum Romanorum Officia cum lectionibus propriis recitent. LIV. pag. 250. Vide *Archipresbyter*.
- BEATI titulus apud antiquos Scriptores non semper ad morum probatam sanctimoniam refertur. LIV. §. 31. p. 246. & 247.
- BEATIFICATIO B. Hieronymi Æmiliani Fundatoris Clericorum Regularium Congregationis Somschæ. XLIII. p. 204.
- Beatificatio Beati Josephi Calasantii Fundatoris Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei. LVIII. pag. 271.
- BELLARMINUS Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Ejus libri quamvis prævis approbationibus in lucem emissi, & postea in Congregatione Indicis examinati; tamen cum de illius Beatificatione, & Canonizatione agendum esset, iterum a Sac. Rituum Congregatione examinati fuerunt. XLVI. pag. 215.
- BELLUGA Ludovicus Cardinalis laudatur. III. p. 11.
- BENEDICTIO super populum, Actus sollemnis est Romano Pontifici competens in quacumque Orbis Terræ parte, Episcopis in eorum Diocesium, & locis earum exemptis, Archiepiscopis in suis Provinciis. XLVIII. p. 226. Vid. *Abbat*.
- Benedictionem impertiri non licebat olim simpliciter Sacerdotibus, nunc autem ipsis permittitur in fine Missæ. *ibid.* p. 226. & seqq.
- Ante benedictionem, quæ datur in fine Missæ, ab Ecclesia discedens, Concilii Agathensis judicio habetur ac si Missæ non interfuisset. *ibid.*
- Quid præstare debeat Sacerdos, si præsentem Episcopum benedictionem populo impertiat. *ibidem* pag. 227.
- Benedicendi Ritus, cum benedictio datur jure proprio, ex Rubricis Missalis petendus est. *ibid.* p. 227.
- Cum benedicendum est jure delegato, ad delegatum pertinet Ritus præscribere. *ibid.*
- Benedictio auctoritate Pontificis cum *Indulgentia Plenaria*, quo Ritu dari debeat a Regularibus, quibus talia privilegia concessa sunt. Vide *Consl. XLVIII.* p. 226. & per tot.
- Benedictionem cum *Indulgentia Plenaria in Articulo Mortis* impertiendi facultas conceditur omnibus Episcopis, & Ordinariis locorum. XXXIV. per tot. *signanter* pag. 163.
- Et quidem per indulta ad eorum vitam. *ibid.*
- Et cum facultate subdelegandi Sacerdotes, sive Seculares, sive Regulares, in Civitatibus, & Diocesium, etiam de die. *ibid.*
- Benedictionis hujusmodi impertiendi Ritus, & Forma. *ibid.* pag. 165.
- Trina *Benedictio* ab Episcopis, & Archiepiscopis datur taxat dari potest in locis sibi subjectis. XLVIII. p. 225.
- De Abbatibus vero. Vid. in verbo *Abbas*.
- Benedictio Pallii. Vid. *Pallii Benedictio*.
- BENEFICIORUM vacatio inducitur per solemnem Professionis emissionem. XXV. p. 103. Vid. *Præsentatio*. Vid. *Resignatio*.
- BESSARION antea S. R. E. Cardinalis creatus ab Eugenio IV., deinde a Pio II. Patriarcha Constantinopolitanus. XXXVI. p. 178.
- Beslarion idem, primus Abbas Commendatarius Monasterii Cryptæ Ferratæ ab Apostolica Sede indultum obtinuit, ut ejus Monasterii Monachi, sicuti Maronitæ, & Armeni, in azymo consecrarent, & Sacris Latinorum vestibus in Missa uterentur. XXXIII. p. 159.
- BIGAMUS, ideoque irregularis, rectè censetur etiam, qui unam uxorem ante Baptismum, aliam post Baptismum habuit. LIV. §. 71. p. 254.
- Idque contra opinionem S. Hieronymi definitum fuit, non quidem a S. Siricio, sed a S. Innocentio. *ibidem*.
- Bigamus abstinere debet ab administrando Sacramento Baptismi, etiam in casu necessitatis, si alius adfit ab hac nota immunis. XXVIII. §. 31. pag. 121. & 122.
- BONA CAMERÆ APOSTOLICÆ DEVOLUTA in emphyteusim, aut Feudum iterum concedi nequeunt ab ullo, præterquam a solo Romano Pontifice. LIV. p. 228. & 229.
- Neque restitutiones in integrum adversus caducas incurfas, nec purgatio moræ, nec condonationes, aut compositiones super responsionibus non solutis ab aliis concedi possunt. *ibid.*
- Signanter a Cardinalibus Provinciarum Legatis. *ibid.*
- Si tamen investituræ eâ lege concessæ sint, ut renoventur post certum tempus, Legati, & Provinciarum Præsides adveniente termino, valent renovationem concedere. *ibid.* p. 228. 229.
- Item si possessoribus indultum reperitur, ut ea bona alienare possint de consensu Cameræ: iisdem conceditur, ut consensum, nomine Cameræ, præstare valeant. *ibid.* p. 229.
- In casibus dubiis, decisio Romani Pontificis expectanda est. *ibid.* p. 229.

BONA REORUM, statim ab initio inquisitionis, si indicia graviora suppetant, describi debent, eaque descriptio in processu inferi debet, & Commissario Camerae intimari, ut Cam. Apost. post eorum condemnationem, viatica, aliasque expensas repetere possit. XLIV. p. 207.

Si id in Commissionibus Tribunalis Cardinalis Vicarii, & A. C. neglectum fuerit, Judices, & Notarii nihil pro Viaticis, & Cibariis a Camera Apostolica repetere poterunt. *ibid.* p. 208.

BONI REGIMINIS CONGREGATIO. Vid. *Congregatio.* Vid. *Firmum.*

BONONIENSE REGIMEN litem contra Communitates Medicinae, & annexarum Terrarum, tam super solutione Dationum, quam super earumdem Terrarum Gubernio, ad Pontificem defert. XVI. pag. 73.
Ea favore Bononiensium definitur. *ibid.* per tot.

BONOSII Episcopi Macedoniae errores circa perpetuam Virginitatem B. Mariae Virg. a S. Siricio Papa damnati. LIV. §. 57. p. 252.

BRIXIENSIS Archidiaconus, inficio Cardinale Quirino Episcopo, Societatem Jesu ingressus, excusatur. XXV. pag. 101.

BRUCHSAL. Ecclesia Collegiata B. Mariae Virginis in Bruchsal originem duxit a Monasterio in loco Odenheim erecto a Brunone Archiepiscopo Trevirensi Anno Domini 1123. XL. p. 192.

Quod quidem Monasterium ab Alexandro VI. ad statum saecularem redactum fuit, cum erectione Collegiatae, qua deinde ad Oppidum Bruchsal translata fuit. *ibid.*

Hujus Capituli causa super praesentia exemptione a jurisdictione Episcopi Spirensis, a Pontifice adjudicatur, cum voto Auditorum Rotae. *ibidem* pag. 192.

Et definitur, praesentiam exemptionem nequaquam illi competere, salvo tamen conventionibus cum Episcopo alias factis. *ibid.* pag. 198.

Cujus sententiae fundamenta. Vid. *in ipsa Constit.* XL. per tot.

Bruchsalensi Praeposito concessum fuit Privilegium utendi Mitra, & Baculo Pastoralis &c. nec non impertiendi benedictionem ad Missam, ad Vesperas, ad Matutinum, dummodo praesens non adsit Praelatus aliquis, aut Legatus Apostolicus. XL. p. 197.

BRUNO Archiepiscopus Trevirensis Monasterium Ordinis S. Benedicti fundavit in Loco Odenheim Diocesis Spirensis, ex quo deinde Collegiata Saecularis erecta, ad Oppidum Bruchsal translata fuit. XL. p. 192. & seqq.

Hujus Brunonis Testamentum expenditur. *ibid.* pag. 193.

BUSBEQUII dictum de Bacchanalibus. XLV. pag. 213.

C.

CALASANTIUS. Vid. *B. Joseph.*

CAMERA APOSTOLICA.

Camerae Apostolicae rationes quomodo confici, & servari debeant. VI. p. 18. & seqq.

Camerae Depositaria in Montem Pietatis translata. VI. p. 18. §. 3. & 4.

Camerae Computistriae in unicum colliguntur, & ununtur. VI. p. 20.

Camerae Apostolicae rationes singulis annis a Rationatore conficiendae. VI. p. 22. & 23.

Omnes cum Camera interesse habentes, rationem annis singulis reddere tenentur. VI. p. 23.

Camerae Apostolicae persolvendum quidquid a reis inquisitis debetur pro viaticis Commissionum, idque in compensationem oneris eidem Camerae impositi, praestandi certa salaria, & emolumenta Judicibus, & Notariis Gubernii. XLIV. p. 207.

Bullarum Romani Contin. Pars XI.

Vide *Bona Camerae Apostolicae.*

Vide *Capitolina Camera.*

CAMERARIO Sanctae Romanae Ecclesiae injungitur, ut curet ararium Apostolicum non gravari pro Commissionibus Criminalibus, vel pro deportationibus damnatorum, ultra id, quod statutum est in Constit. XLVI. per tot. pag. 208.

Camerarius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, tunc cum Archiepiscopis Bononien. Ferrarien. Ravennaten. & Urbinaten., executor deputatur pro libertate mutui commercii inter Subditos ditionis Ecclesiasticae. LIII. pag. 238.

S. CAMILLUS DE LELLIS. Ejus Ortus, 18 & Adolescentia. XII. p. 41.

Instituit Congregationem Clericorum Regularium Ministrantium infirmis. p. 41. 42.

Ejus virtutes. p. 42.

Illius mors. p. 43.

Beatificatio. p. 44.

Canonizationis Decretum. p. 45.

Orationes a Summo Pontifice in Consistorio habita pro illius Canonizatione. p. 63. & 67.

CANONES. Vid. *Francandi Facultas.*

CANONUM CAUSAE. Vid. *Causae.*

CANONICI REGULARES S. Augustini Monasterii Ultiensis in Alpibus secularizantur. LXVI. p. 290.

CANONIZATIO B. Fidelis a Sigmaringa Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum. XI. p. 35.

Canonizatio B. Camilli de Lellis Fundatoris Clericorum Regularium Ministrantium infirmis. XII. pag. 40. & 41.

Canonizatio B. Petri Regalati Sacerdotis Professi Ordinis Minorum S. Francisci. XIII. p. 46. & seq.

Canonizatio Beati Josephi a Leonissa Sacerdotis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum. XIV. p. 51. & 52.

Canonizatio B. Catharinae de Riccis Monialis Professa Ordinis Praedicatorum. XV. p. 56.

Orationes in Consistoriis habita pro dictorum Sanctorum Canonizatione. pag. 63. & seqq.

Vid. *Cultus, Homilia.*

CAPITOLINA CAMERA Judex ab Innocentio XII. suppressione exemptus. LXIV. p. 285.

Nec in simili Constitutione Benedicti XIV. comprehensus. *ibid.*

De quo ne unquam dubitetur, Pontifex confirmat, & denuo concedit Conservatoribus Urbis facultatem eligendi hujusmodi Judicem inter Praelatos Romanae Curiae. *ibid.* p. 286.

Qui Judex sit privativus in causis activis, & passivis, in quibus Fiscus, & Camerae Capitolinae res agatur; cum privilegiis Judicum Cameralium quoad appellationes. *ibid.*

Et habeatur tamquam Judex ordinarius; ideoque sportulas non accipiat. *ibid.*

Nec in abolitionibus Judicum particularium comprehendatur. *ibid.*

A Capitolii Curia advocari nequeunt causae ad illam pertinentes, & Auditorio Rotae committi, nisi de partium consensu. XXI. pag. 91.

Vid. *Causae.*

CAPITULI extinctio non inducit suppressionem Cathedralis Episcopalis. XXXV. p. 169. & 170.

CAPPELLANUS Major Regii Sacelli solet esse Episcopus. XXXVI. p. 173.

CAPTURE REORUM denunciatorum demandari nequit ab ullo Ministro inferiori cujuscumque Tribunalis, sed tantum ab ipso Tribunalis Capite, seu illius Locumtenente Criminali, per mandatum in scriptis, in processu inferendum, sub poenis &c. XLIV. pag. 211.

- Nec ab ipsis capitibus Tribunalium, & Locatenentibus demandari debet, nisi habitis iudiciis sufficientibus de Accusationis veritate. XLIV. pag. 211.
- In CARCERIBUS detineri prohibentur Rei damnati ad triremes. XLIV. pag. 208. V. *Damnati*.
- CARDINALES in Causis Commissariis judicantes, uti debent Notario Archivi. XXI. pag. 89.
- Cardinales Episcopi olim sex tantum erant. XXXVI. pag. 174.
- Cardinalis an sit ad Episcopatum promovendus. XXXVI. pag. 175.
- Ubi comparatur antiqua cum modernâ Ecclesiâ disciplina. *ibid.*
- Cardinalium dignitati an consentaneum sit illos ad Episcopatum Titularem assumere. XXXVI. pag. 175.
- Cardinalibus tribui potest Ecclesia Episcopalis in partibus infidelium. XXXVI. pag. 176. & 177.
- Cardinalium, qui ad Episcopatus Titulares promoti fuere, exempla. XXXVI. pag. 178. & seq. & p. 181.
- Expenditur eorum exemplorum vis ad probandam hujusmodi congruentiam. *ibid.* pag. 179.
- Cardinales sunt etiam Archipresbyteri Basilicarum Patriarchalium. XXXVI. pag. 176. 177.
- Cardinalis Episcopus Residentiâ lege tenetur. XXXVI. p. 174.
- Cardinales Episcopi sub legibus de Residentia Episcoporum expressè comprehenduntur. XVIII. pag. 83. 84.
- Cardinales Episcopi Suburbicarij, qui aliam Episcopalem Ecclesiam obtinent, apud hanc residere tenentur. XVIII. pag. 80. & 81.
- CARNISPRIVIUM: ita dictum tempus ante Quadragesimam, quo scilicet Ecclesiastici, & Religiosi a Carnibus abstinere incipiebant. XLV. pag. 213. Vid. *Bacchanalia*.
- S. CAROLUS BORROMÆUS Cardinalis Concilii Tridentini absolutionem plurimum juit; ejusque observantiam in Mediolanensi Provincia non sine multis laboribus inexit. LXVI. pag. 262.
- Ejus liber adversus Bacchanaliorum abusus commendatur. XLV. pag. 211.
- Ejusdem sententia, & consuetudo in concedendis Confessariis extraordinariis pro Monialibus. LVI. p. 262.
- S. CAROLI ad Catenarios Collegio, octoginta loca Montium a Congregatione Doctrinæ Christianæ S. Agathæ de Urbe dismembrata conceduntur. XLII. pag. 202.
- S. CATHARINA DE RICCIIS inter Sanctas Virgines relata. XV. p. 56.
- Ejus Ortus. *ibid.*
- Religionem ingreditur. pag. 56.
- Ejus virtutes. pag. 57. & seq.
- Miraculorum gloriâ claret. p. 58.
- Illius mors. pag. 59.
- Virtutum, & Miraculorum approbatio. p. 59.
- Beatificatio ejusdem. *ibid.*
- Canonizationis Decretum. pag. 60.
- Orationes in Consistoriis habitæ pro illius Canonizatione. pag. 65. & 69.
- CATHEDRÆ duæ eriguntur in Archigymnasio Sapientiæ Urbis, Mathesis altera, altera Chymia. LXII. pag. 280. & seqq.
- CATHOLICORUM Matrimonia. Vid. *Hæretici*. Vid. *Matrimonium*.
- CAUSÆ CRIMINALES Ecclesiasticæ solis Episcopis reservatæ fuerunt a Concilio Tridentino, exclusis Decanis, Archidiaconis &c. XL. p. 197. & seq.
- Causarum Criminalium cognitio Episcopo reservata, illius ordinariam jurisdictionem probat. *ibid.*
- CAUSÆ quæcumque per Commissionem manu Pontificis signatam, cuilibet Judicis, Tribunali, aut Congregationi committi possunt. XXI. pag. 91.
- Causæ Rotales a Prælatiis quomodo distinguantur. XXI. pag. 89. 90. & seq.
- Causæ graviores, & consequenter Rotales, non ante Prælatiâ, censendæ sunt illæ, in quibus agitur de Jurisdictionibus, Juribus Patronatus &c. & generaliter quoties earum valor citra montes ascendit a scuta auri quingenta, ultra montes autem ad mille hujusmodi. *ibid.* p. 90.
- Item causæ Beneficiales, in quibus agitur de Titulo Beneficii, & Pensionum, quorum reditus excedat summam xxiv. ducatorum de Camera; vel si agatur de prima dignitate in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis. *ibid.* pag. 90.
- Et causæ Matrimoniales tam super fœdere Matrimonii, quàm super divortio; nec non super nullitate Professionis Regularis. *ibid.* pag. 90.
- Causa minus graves, adeoque Prælatiâ, censentur ille pecuniariæ citramontanæ, quæ summam quingentorum scutorum aureorum; ultramontanæ vero, quæ mille scutorum aureorum similibus æstimationem non attingunt. XXI. pag. 90.
- Item causæ Beneficiales, & Pensionum Ecclesiasticarum ubi valor annuus Beneficii, aut Pensionis, summam vigintiquatuor ducatorum auri non excedat. *ibid.*
- In Causis censuum, si agatur de censibus redimibilibus, atrendenda est quantitas, seu valor sortis, ut dicuntur Rotales, necne. *ibid.* pag. 90.
- In causis servitutum tam realium, quàm mixtarum considerandus prædii valor. *ibid.* pag. 90.
- In Causis Canonum habenda erit ratio fundi, super quo Canon constitutus fuit. *ibid.* pag. 91.
- Causæ tam graves, quàm minus graves, ad Forum Capitolinum spectantes nunquam ab illius Curia accari poterunt, nisi de partium consensu. *ibid.*
- Sed de consensu partium Causa Rotalis, Prælatiâ Prælatiâ, Auditorio Rotæ committi potest. *ibid.* pag. 91.
- Sicut etiam Causa ad Capitolii Curiam pertinens, tam Rotæ, quàm alteri cuicumque Judici committi valeat. *ibid.* pag. 91.
- Exceptis Causis Matrimonialibus, & Causis super nullitate Professionum Regularium. *ibid.*
- Et dummodo Causa Rotalis non committatur Auditorio Rotæ, tanquam Prælatiâ. *ibid.*
- Causæ Matrimoniales ad Auditorium Rotæ, vel ad Congregationem Concilii omnino sunt deferendæ. XII. pag. 90.
- Causæ super nullitate Professionis Regularis intra quinquennium, sive ex parte Religiosi Professi, sive ex parte Religionis proponantur, in prima instantiâ cognoscendæ sunt a Superiore Regulari simul cum Ordinario loci. XLVII. pag. 220. Vid. *Superior*.
- Idem statuitur, si causa intra quinquennium intentata non prosequuta fuerit, & post quinquennium reasumpta. XLVII. pag. 221.
- Eadem in casu discrepantiæ inter Ordinarium, & Superiorem Localem devolvuntur ad S. Sedem. *ibid.* Vid. *Professio*. Vid. *Professus*.
- Causa nullitatis Professionis Monialium, si fuerint Ordinario tantum subjectæ, ab eo judicari debent. XLVII. pag. 221.
- Secus si Regularibus subjectæ sint. *ibid.* Vid. *Superior*.
- Causæ nullitatis Professionis, ex capite non expleti Novitiatus in Cœnobio ad institutionem Novitiorum designato, etiam intra quinquennium, privative spectant ad Congregationem Concilii, etiam in prima instantiâ. *ibid.*
- Causa super nullitate Professionis, post primam instantiam, deferuntur ad Judices, ad quos de jure appellatio interponitur. XLVII. pag. 222.

- Qui tamen procedere debent una cum altero Superiore Regulari. XLVII. pag. 222. Vid. *Superior*.
- Causa** super nullitate Professionis quomodo agitari debeant in ulterioribus instantiis, XLVII. p. 222.
- Causa** nullitatis Professionis etiam intra quinquennium promotæ, si devolvantur ad S. Sedem, judicari debent, vel ab Auditorio Rotæ, vel a Congregatione Concilii, vel a Congregatione Episcoporum, & Regularium, sine interventu Superioris Regularis. XLVII. p. 222.
- Causa** super nullitate Professionis quando absolutæ dicantur. *ibid.* p. 223.
- Causa** nullitatis Professionis in gradu Restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, a Sancta Sede tantum cognosci possunt. XLVII. p. 222. 223.
- Sive ex parte Religionis, sive ex parte Professi introducantur; & impedimentum ad reclamandum duraverit toto quinquennio. *ibid.*
- Causa** in gradu restitutionis in integrum quandoque ex Apostolica Sedis dispensatione Ordinariis, & aliis Superioribus commissa fuisse. XLVII. p. 222. 223.
- CENSURA**, Privilegium, ne quis inconsultâ Sanctâ Sede censuris ireriri possit, non afficit Ordinariorum sententias. XL. p. 195.
- Ideoque nec probat ab eorum Jurisdictione exemptionem. *ibid.*
- CENSUS** solutio Apostolicæ Sedi, non inducit exemptionem ab ordinaria Episcopi jurisdictione, XL. p. 195.
- Census, non solum solvuntur ratione libertatis donatæ, sed etiam protectionis. *ibid.* & seq.
- Census autem solutus ratione protectionis, minime officit jurisdictioni Episcopi, seu Ordinarii. *ibid.* p. 195. Vid. *Causa Censuum*.
- CENTUM-CELLÆ**. Ad Centumcellas Pontifex accedit. XXXIX. p. 188.
- Ejus habitationem infrequentem agnoscit, indeque ingratis, & insalubrem. *ibid.*
- Ideo ad promovendam ædificationem, plura statuit de visitandis ædificiis, deque cogendis Dominis ad reædificandum, vel ad vendendum; quorum executionem committit Gubernator cum Consilio Magistrorum viarum. XXXIX. per tot. p. 198. & seq.
- Ad restituendam verò Commercii libertatem quoad domos, vel areas, & fundos Hypothecis, Fideicommissis, aliisque vinculis obnoxia, nonnulla Privilegia concedit. *ibid.* pag. 188. & seq.
- Utque etiam in suburbiis frequentius ædificetur, alia Privilegia ædificantibus concedit. *ibid.* p. 189. & seq.
- A Fisco immunes decernit domos, quæ ædificabuntur in suburbiis Centumcellarum. XXXIX. p. 190. Vid. *Commercii libertas*.
- Vid. *Damnati ad Trivemes*.
- CHIMIE** Cathedra in Archigymnasio Urbis erigitur. LXII. p. 281.
- CHIRURGI**, & Periti, pro recognitionibus, quas faciunt pro servitio Tribunalis Gubernii, & sacre Consultationis, in Commissionibus extra Urbem, unde solvi debeant. XLIV. p. 207.
- CHIZZOLA**, Leander, Archidiaconus Brixienfis. XXV. p. 101.
- CHORRAS** extremâ die carnis privii ultra mediam noctem produci, vetatur. XLV. p. 211.
- CIBARIA** Judicibus, & Notariis Gubernii ad Commissiones procedentibus de mandato ipsius Curie, vel Sac. Consultationis, præstari debent arbitrio Gubernatoris ex certa summa eorum ceteri in annos singulos assignata. XLIV. pag. 207. Vid. *Bona Reorum*.
- Quid si adfit pars Fisco adhærens. *ibid.* p. 369.
- Bullarum Romani Contin.* Pars XI.
- CITATIO** Defensoris in omnibus actis, nec non omnium interesse habentium in causis nullitatis Professionis, necessaria definitur sub pœna nullitatis. XLVII. p. 221.
- CLAUSURA**. Super Monialium Clausura Constitutiones Apostolicæ, & Conciliares innovantur. XXVI. p. 105.
- Et Ordo præscribitur pro introductione Mulierum in Monasteria. p. 105.
- Episcopo licitum est, ad impertiendam Benedictionem Moniali in mortis articulo constitutæ, Monasterium intrare. XXXIV. p. 162.
- Sed ad hunc effectum intra Monasterii septa se conferens, comites habere debet Ordinarium Confessarium dicti Monasterii, aliumque Sacerdotem ipsius arbitrio eligendum. *ibid.*
- CLEMENS ALEXANDRINUS**. De ejus nomine in Martyrologium Romanum sub die 4. Decembris inferendo, Controversia proponitur. LIV. §. 19. pag. 244.
- Ejus gesta strictim attinguntur. *ibid.* §. 20.
- Referuntur veterum Patrum, & Scriptorum testimonia de ejus Doctrina, & Sanctimonia. *ibid.*
- Recentiorum quoque Elogia indicantur. *ibid.* §. 21. p. 244. & seq.
- Ussardi Martyrologium Clementis nomen inter Sanctos habet die 4. Decembris, ejusque exemplum recentiora quædam Martyrologia sequuntur. *ibid.* §. 22. pag. 245.
- Clementis Operum Censuræ S. Gelasii Papæ Decreto indicatæ, ex nonnullorum sententia, causam dederunt Hæretici illius Operum corruptores. *ibid.* §. 23.
- Alii duos Clementes Alexandrinos fuisse contendunt: alii aliis rationibus illius Operum defensionem institunt. *ibid.* §. 24. pag. 245.
- Nihilominus Pontifex, Clementem pro Sancto colendum non putat: 1. Propter veterum Scriptorum silentium de illius vita, moribus, & morte. *ibid.* §. 26. pag. 245.
2. Quia nullum extat monumentum publici cultus ab Ecclesia eidem exhibitum. *ibid.* §. 27. p. 246.
3. Ob errorum maculas, sive de industria, sive incautè in ipsius operibus existentes, quas notant Casiodorus, Photius, Petavius, alique. *ibid.* §. 28. & 29. pag. 246. & pag. 245. præc. §. 26.
- Maxime quia relatum Gelasii Decretum illius opera in genere notat; ex ipsis autem plura interierunt, de quibus judicium ferri non potest. *ibidem*.
- Errores eidem objecti versantur circa Dogmata, que jam tunc ab Ecclesia Catholica definita fuerant. *ibid.* §. 31. pag. 246.
- Sancti, & Beati Titulus Clementi tributus, ad vite sanctimoniam non refertur; ab aliis verò eidem consultò denegatus fuit, §. 32. pag. 246. & seq.
- Eusebii Textus Græcus sacrum potius, quàm sanctum exhibet, *roy. resp.* *ibid.*
- Martyrologia Ussardo antiquiora, & graviora, illius nomen omittunt. *ibid.* §. 33. & 34. p. 247.
- Martyrologii Adonis Editiones, & Codices probatæ fidei, ejusdem nomen non habent. *ibid.* §. 35. pag. 247.
- Ussardus etiam in aliis quibusdam erravit, §. 36. pag. ead.
- Ex his omnibus inferitur, jure omissum esse Clementis nomen in editione Martyrologii Romani, a Cardinali Baronio procurata; nec aliquid hac in re immutandum esse. *ibidem*.
- CLEMENS DE AROSTEGUI** Ildesonus Sacre Rotæ Auditor, Auctor Tractatus sub Titulo, *Concordia Pastoralis*, laudatur. XXXIII. p. 167.

- CLERICI** a profanis Bacchanalium licentiis specialiter abstinere jubentur. XLV. pag. 160.
- Clerici Regulares *S. Pauli*. Vid. *S. Caroli ad Catanarios*.
- Clerici Seculares Doctrinae Christianae. Vid. *Doctrina Christiana*.
- CLERICORUM REGULARIUM Ministrantium Infirmis** Congregatio a S. Camillo de Lellis instituitur. XII. pag. 41.
- A Gregorio XIV. approbatur. *ibidem*.
- Ejus Congregationis utilitas, & fructus. *ibid.*
- Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei *Scholaram Piarum* Congregatio a B. Josepho Calasancio instituta. LVIII. pag. 271. 272.
- Clericorum Regularium *Somascha* Congregatio a B. Hieronymo Aemiliano instituta. XLIII. p. 204.
- Clericis Secularibus vetari non debet transitus ad Claustra Regularia. XXV. pag. 102.
- Clerici Seculares Ecclesiae servitium deserere non debent. *ibid.* pag. 102. & seq.
- Nihilominus possunt sanctioris vitae statum, etiam contradicente Episcopo, amplecti. pag. 102. 103.
- Et ingredi Religionem non solum deditam vitae contemplativae, sed etiam vitae activae. pag. 102.
- COELIBATUS** Lex in Clero a S. Siricio Papa firmata, & poenis indictis stabilita. LIV. §. 55. pag. 251. & seq.
- COLLEGIUM** extingui potest de facto, & de jure: in quo differant hujusmodi extinctiones. XXV. pag. 170.
- COMMERCII MUTUI** libertas inter subditos ejusdem status, est de natura civilis societatis, & tam fertilibus, quam sterilibus locis, atque Provinciis, necessaria, & utilis. LIII. pag. 234.
- Ea conceditur in perpetuum inter Provincias, & loca ditionis Ecclesiasticae. *ibidem* per tot. pag. 233. & seqq.
- Exceptis Districtu Urbis, Provincia Sabinae, & Guberniis Viterbii, & Centumcellarum, sicut etiam Statu Avenionensi, & Ducatu Beneventano. *ibid.* pag. 234. & seq.
- Et quidem terra, mari, flumine &c. dummodo segetes, & oleum per aquam convehenda extra Statum Ecclesiasticum exportari nequeant. *ibid.* pag. 235.
- Qua de re praescribuntur cautela. *ibid.*
- Ideo revocantur, & irritantur quaelibet edicta, statuta, & consuetudines, quibus hujusmodi libertas ubicumque prohibita fuerit. *ibid.* pag. 235.
- Commerciū mutui libertas nullum praedictum inferre debet solutioni vectigalium pro transitu, introductione, extractione, & portorio legitime impostorum, tam favore Camerae Apostolicae, quam Communitatum, & privatorum. *ibid.* pag. 235. & 236. V. *Extractio*.
- COMMISSARIUS** substitutus Camerae quid exequi debeat. VI. pag. 26.
- COMMISSIONES** Causarum contra distinctionem a Summo Pontifice firmatam factae, nullae censentur, nisi forte manu Pontificis signatae fuerint. XXI. pag. 92.
- Commissionum *Revisor* quas clausulas apponere debeat in commissionibus, ut discernantur Causae Rotaes a Praelaticiis. *ibid.* pag. 91.
- Quid in casu accessionis consensus partium. *ibid.*
- Commissionum *Revisor* in officio delinquens, quas poenas incurrat. *ibid.*
